

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consciencia c  
cum uariis

Vnusquisque non intermittat opus probabile, siue a pluribus uideatur, siue sine arbitro sit. Habundat enim sibi locuplex testis conscientia. Fugiat eciam mala et obprobria, eciam si se credit non posse conuinci. Nam et si clausus parietibus sit et coopertus tenebris sine teste, sine conscientia, habet tamen facti arbitrum quem nichil fallat ad quem facta clamant omnia. Denique clamauit et uox sanguinis. Seipsum unusquisque et animum suum seuerum iudicem sui ultorem sceleris et uindicem criminis habet.

Ambrosius in epistola ad Constancium.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

arbitro] arbitrio L<sup>2</sup>; locuplex] locuples L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; fugiat] fugat P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; clausus] clausis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; arbitrum] arbitrium L<sup>2</sup>; fallat] fallit L<sup>2</sup>; Constancium] Constantinum L<sup>2</sup>